

diaret, probe sciens, propria morte nulla, sed solius IESV morte omnia expiari peccata, noluit superba Iudacorum formula uti, sed hanc de remissione peccatorum suorum in nomine IESV CONFESSIONEM edere, quam nobis LVCAS recenset, inquiens: b) καὶ ἐλαθόβολγν τοὺς Στεφανοὺς ἐπικαλγμένους, καὶ λεγοντά· Κυρίε Ιησὺ δεξαὶ τὸ πνεῦμα μού. Quo facto primus omnium fuit in N. T. qui EDITA CONFES-
SIONE publica spem salutis futurae omnem in morte IESV reponendam esse docuit. Aut aliam dare poterat in momento supplicii CONFESSIONEM, si de innocentia sua satis conuictus esset, his uer-
bis conceptam: תְהִא מַתֵּחַ כְּפָרָה עַל כָּל עֲוֹנָתֵי חַיִּשׁ מַעַן זֶה: sit mors mea expiatio omnium iniquitatum mearum, excepta hac i.e. praesenti iniquitate. Sed tanta STEPHANVS in populum suum pietate fuit, ut non tam de se ipso, cuius innocentia satis manifesta esset, quam de populo, sibi iniuriam faciente precibus expiando cogitaret, et flexis genibus magna uoce ad DEVVM clamaret: c) Κυρίε μη στησης ἀυροῖς τὴν αἰματηναν ταυτην.

Finita CONFESSIO N E CONDEMNATO antequam locum lapidationis, seu alias supplicii executionis ascenderet, ROTTVS A M A R V S, a grano thuris et uino commixtus, porrigebatur: d) ut illum inebriarent, et mente sua sic perturbata, id efficerent, ne ad illud suppli-
cium, quod illi mox subeundum erat, attentus sit, et propter tantam mortis acerbitatem perhorrescat. Hancque consuetudinem in sanctissi-
mo

b) Actorum Cap. VII. uersu 60.

c) Eiusdem Capitis uersu 61.

d) MOSES MIKKOZI in HILCHATH SANHEDRIN praecē-
pto affirmatiuo 98. fol. 188. col. I, causam, cur reo priusquam occi-
dere.